



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen  
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark  
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1861**

XLVI. Der Rath zu Prenzlau bekundet die von den Präbsten zu Gramzow  
und Pasewalk auf bischöflichen Befehl erfolgte Einweisung des  
Nonnenklosters in den Besitz der Pfarrkirchen, am 14. September 1320.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55721](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55721)

XLVI. Der Rath zu Prenzlau befundet die von den Präbsten zu Gramzow und Pasewalk auf bischöflichen Befehl erfolgte Einweisung des Nonnenklosters in den Besitz der Pfarrkirchen, am 14. September 1320.

Anno Domini Millefimo Trecentesimo vicesimo, In die exaltacionis sancte crucis, venerunt Honorabiles viri, domini Paulus, Gramtzouyensis ecclesie, et Walterus, pozwaleensis prepositi, post circuitum cimiterij ante inchoacionem summe misse, litteram quondam venerabilis patris domini Conradi, Caminenfis ecclesie Episcopi, omni populo ostendentes auctoritatem inuestiture sanctimonialium nove ciuitatis Printzlaw ad ecclesiam beate virginis et ceterarum ecclesiarum parochialium dicte ciuitatis, circumscripto domini vromoldi tunc temporis dietarum ecclesiarum plebani preiudicio, plenius continentem, qui secundum tenorem jam dicte littere, prout tenebantur et decuit, processerunt, Abbatissam, priorissam totumque conuentum vna cum preposito monasterij dietarum sanctimonialium in corporalem possessionem dietarum ecclesiarum canonicè ac rite immittentes, post cessionem aut mortem dicti domini vromoldi omnes obuenciones ac vtilitates dietarum ecclesiarum in perpetuum decernentes eisdem, impedimenta ac contradictiones quorumlibet per censuram ecclesiasticam cohercentes. Ad cuius euidentiam Ampliorem, presenti scripto nos consulentes ciuitatis Printzlaw, nostrum sigillum cum sigillo Honorabilium virorum domini Paulj, Gramtzouyensis, et domini Walteri, pozwalzenfis prepositorum, duximus Apponendum. Datum et Actum Prenzlaw, Anno, die et loco suprascriptis.

Aus Beckmann's Abschrift des Originals.

XLVII. Die Markgräfin Agnes mit ihrem Sohne Heinrich bestätigt dem Convente der ehemaligen Augustiner-Nonnen zu Prenzlau das Patronat über die Marien-, Jacobi-, Nicolai- und Sabinen-Kirche daselbst, im Jahre 1320.

In nomine Domini Amen. Ea que humanis actibus rationabiliter statuuntur, ideo litterarum efficaci testimonio roborantur, Ne motu temporis a memoria lapsa fidelium litibus viam parent et nouas suscitent questiones. Nos igitur Agnes, dei gracia marchionissa Brandenburgensis et de landesberge, ac noster filius dilectus Hinricus, dei gratia Marchio Brandenburgensis, ad noticiam omnium Christi fidelium cupimus peruenire, Quod relacione multorum nostrorum proborum virorum ac testimonio cognouimus papalium litterarum, Quod conuentus sanctimonialium in noua ciuitate premflau, ordinis sancti augustini quondam, Nunc autem sancti benedicti, iure patronatus ecclesiarum, scilicet beate marie virginis, sancti iacobi apostoli, sancti nycolai et sancti sabini eiusdem ciuitatis finistre sit priuatus ac ecclesiis eisdem. Nos vero matura deliberacione prehabita nostrorum fidelium militum ac ciuitatum, ob honorem et laudem omnipotentis dei et sue genitricis marie omniumque sanctorum, ius patronatus cum omni iure suo et appendicijs predictarum ecclesiarum in premflau predicto conuentui ac dominabus predictis pia mente concedimus per